Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38189
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



hereticorum sacrilegas separationes errores corrigimus baptismum tamen uerum pignorantes ex ecclesiae traditum utique agnoscere non negare debemus. Sed paulus inquiunt cum uenisset epheso quosdam qui se dicebant iohannis baptiste baptizatos baptizari iussit in xpo quis quis isto exemplo schismaticos & hereticos baptizandos putat audeat dicere si potest hereticum uel schismaticum iohannem fuisse hoc sinefas dicere, profecto illis hominib; qd deerant datum. e. non quod inerat imparatum. Siue mentita fuerint se habere baptismum iohannis sic nonnulli arbitrantur siue quia baptismus iohannis non erat baptismus xpi sed tamen militans xpo sicut legis ueteris sacramenta precursorio quodam & praefiguratorio fungebantur officio; Si ergo iohannem amicum sponsi bapti